BS2555
.A2
S56
1697
v.1
c.1

R. P. D. F. JOANNIS
DA
SYLVEIRA
OLYSSIP. CARMELITÆ
REGULARIS OBSERVANTIÆ,
SACRÆ THEOLOGIÆ PRIMARII
LECTORIS JUBILATI,
COMMENTARIORUM
In Apocalypſim B. Joannis Apoſtoli
TOMUS PRIMUS,
Complectens à Capite primo uſque ad Caput duodecimum.

In quo multa tractantur de Sacroſancta Euchariſtia, de Beatiſſima Virgine Maria; ac duodecim Apoſtolis.

Cum Indice quadruplici; Primo Capitum & Quæſtionum; Secundo Locorum ſacræ Scripturæ; Tertio Concionum; Quarto denique Rerum memorabilium.

EDITIO TERTIA AB AUCTORE RECOGNITA.

50530

LUGDUNI,
Sumptib. ANISSON, & POSUEL.

M. DCC.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

1080045716

INCREATÆ SAPIENTIÆ GENITRICI SANCTISSIMÆ VIRGINI MARIÆ,

Operis Conſecratio.

IN hac noſtra Apocalypſi apparet Dei Thronus, à quo procedebant [a] *fulgura, voces, & tonitrua.* Quiſnam iſte Dei Thronus? Tu es, ô SANTCTISSIMA VIRGO MARIA, ut tenent D. Bernard. [b] Richardus de Sancto Laurentio [c] & in præſenti D. Bernardin. Senenſis; [d] ab hoc Throno procedebant *fulgura, voces, & tonitrua:* Nam ſi quis fulgurat ſcriptis ac ſapientia, ut diſtantes illuſtret, vel voce adſtantes, ac propinquos doceat; vel alta & ſublimia intonat, ut hic filius tonitrui, in hac Apocalypſi in qua tot ſunt myſteria, quot litteræ, ut dixit Divus Hieronymus, [e] hoc totum à Mariano Throno haurit ac propinat. Ipſa enim VIRGO, ut ait Rupertus, eſt *Magiſtra Magiſtrorum*, cunctis dona ſapientiæ diſtribuens, & ut ait D. Bernard. [f] *Solare corpus, quod mundum illuminat.* Ante Dei Thronum, Tuam celſitudinem venerantes, viginti quatuor Seniores, utpote Magnates, ac Principes Eccleſiaſtici Ordinis ac curiæ cœleſtis, [illegible] mittunt regales coronas ſuas; ego verò parvus, & humilis pro noſtra infirma tenuitate, Tibi offero hoc debile Munuſculum, hunc ſemper exiguum librum. Tu ergo, ſolare lumen illumina mentem, & adjuva tenuitatem noſtram; nam tam in his libris, quàm in noſtris Commentariis in Evangelia, cum Tuo devotiſſimo Idiota proclamo. [g] *Nihil de me confido, multùm de Tua benignitate ſpero.*

[a] Apocal. 4. n. 3.
[b] *Serm. de laudibus Mariæ.*
[c] *Lib. 12. de Mariæ.*
[d] *Hoc loco.*
[e] *Epiſto. ad Paulin.*
[f] *Lib. 1. de gloria & honore filii homin.*
[g] *In ſuis contemplation.*

ã 3 *Cenſura*